UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput. 16. De Regibus Romanorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

*Caput. 16.* De Regibus Romanorum.

ROMANORVM decimus ſeptimus rex Romulus, annis XXXVIII. Remus & Romulus generantur Marte & Ilia. Romulus apud paludem capreNus moritur. Poſt quem per quinos dies ſenatores Remp. rexerunt atq; ita vnus annus expletus quod tempus inter regnum appellatum eſt. Poſtea Pompilius regnauit annis XLI. Romulus primum milites ſumpſit ex populo, & nobiliſſimos ſenes centum, ob ætatem, ſenatores; ob ſimilitudinem curæ patres adpellauit: Templa quoq; & muros, Romanæ vrbis extruxerunt. Sabacan Bochirum Regem captum, viuum exuſſit. Tullius Hoſtilius, annis XXXIII. Primus regum Romanorum purpura & faſcibus vſus eſt, ac deinceps cum ſua domo fulmine conflagrauit. Tullius Hoſtilius poſt longam pacem bella reparauit, Albanos, Veientes, Fidenates, vicit, & adiecto monte Cælio vrbem ampliauit. Romanorum quartus Ancus Martius annis XXXIII. Ancus Martius Auentinum montem & Ianiculum vrbi addidit. In tempore Procatis Siluij Latinorum regis, Hebræorum tunc prophetabat Oſee. Amos, Ioſias, Iſaias, Ionas an. LIII. quando Roma condita fuit prophetabat. Ioathan annis XVI. Poſt quem Iuda decimus quartus Achaz item regnauit XVI. Cuius tempore Talat Faltaſar rex Aſſyriorum magnam partem populi Iudæorum in Aſſyrios trãſtulit. Poſt quem Iuda decimus quintus Sedechias annis XLIX. Poſt quem Iuda decimus ſextus Manaſſes annis LV. Poſt quem in Iuda decimus ſeptimus Ammon annis XII. Poſt quem in Iuda decimus octauus, Ioſias annis XXXII. Hieremias prophetabat. Hebræorum Iuda Ioachim annis XI. Poſt quem iterum Ioachim alias annis a XLIII.

a. al annis 40.